

supremum Regem repræsentabat, quia ipse verè homo est, & permanet in veritate nature; & hanc veritatem nature humanæ maxime Divus Matthæus nobis aperuit, ac explicavit, ejusque facta & opera, quibus nos redemit, ac liberavit à captivitate peccati; filius Dei in assumpta humana natura suis sacratissimis operibus nos exemi à servitute peccati: Matthæus autem dum maxime latè ac spatiosè ipsam Christi naturam humanam, ejusque genealogiam, ac magnifica opera explanat luce sui Evangelii nos liberavit à tenebris, ac obscuritate infidelitatis, & quia ipsius nature humanæ magnus explanator, ac declarator est Divus Matthæus, inde ipse habet faciem hominis, in ejus similitudine sese manifestat, ac ostentat Filius Dei apud Ezechielem.

245. D. Hieron. *Matthæus in Evangelica historia primus princeps & auriga.*

Beda. *Matthæus exordium novi testamenti.*

4. Reg. 1.

246. Damian.

Gen. 1.

Abulensis.

prodeuntium ita Matthæus inter reliquos Evangelistas primum obtinet locum. Satis ergo conveniens, & intima rationi aptissime congruit, ut sicut apud Phylon optimum reperitur aurum; sic & apud beatissimum Evangelicæ ordinis primicerium; intelligamus esse thesauri celestis incomprehensibile sacramentum.

Illud tamen ultimò nota, quòd solum Divus Matthæus, & Joannes sic à Christo sunt condecorati, ut simul essent Apostoli, & Evangelistæ; quòd si tantum donum datum est Joanni ob suam virginitatem ac puritatem, hoc etiam concessum est Matthæo ob suam penitentiam & conversionem, excellentissima enim dona, quæ Deus puris, ac innocentibus infundit, hæc etiam penitentibus, ac convertis largitur. Petrus Damianus sermone 50. *Hæc profunda divini consilii dispensatio, nimirum ut iste, nempe Matthæus ad misericordiam fontem peccatoribus se exhibeat primum; & ille nempe Joannes custoditis, & innocentiibus sit exemplum: quatenus & lapsis quibuscumque peracti sceleris magnitudo non obviet, & mundos, ac nullis criminibus obrutos, patens janua gratiæ celestis invitet.*

QUESTIO XXIX.

Elogia Evangelii Divi Marci.

Sanctus Marcus secundus est in ordine Evangelistarum, eique attribuitur leo, incipit enim à rogitu, seu voce clamantis in deserto. Tamen noster Evangelista Joannes in præfati cum ponit primo loco; Primum animal simile leoni: quod optime observavit Cardinalis Petrus Damianus serm. 24. qui est primus de Sancto Marco. *Honorem, ait, qui in prædestinato sortitus est, ordinem servat in Evangelica veritate; nam in Apocalypsi Joannis, cum Sanctorum animalium ordo describitur, non jam secundus, sed primus hic in eorum catalogo reperitur. Licet inter sacros Evangelistas unus scripserit prior tempore quàm alius, unusque in scribendo sit primus, & alius secundus, tamen in puritate, sinceritate, ac veritate historiarum quilibet est primus, & nullus secundus, sic in summo ac integro veritatis apice omnes scripserunt, ut in veritate nullus sit secundus.*

Tamen in laudem nostri Evangelistæ, iterum premo illa verba: *Non jam secundus sed primus hic in eorum catalogo reperitur.* Noster Evangelista dat Beato Marco primum locum, Primum animal simile leoni; ob excellentiam virtutis, ac similitudinem mysteriorum, quæ supremo, ac brevi stylo in suo Evangelio pertractat, ob vehementem ac fortissimam vocem, qua per totum Orbem insonuit.

De hoc nostro sacro Evangelista multi intelligunt illud quod dicitur infra, à Apocal. 10. n. 1. *Et vidi alium Angelum fortem descendentem de caelo, amictum nube, & iris in capite ejus, & facies ejus erat sol; & habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistram autem super terram, & clamavit voce magna, quemadmodum cum leo rugit.* Si per quatuor Angelos Apocal. 7. n. 1. intelliguntur quatuor Evangelistæ, rectè per hunc Angelum

347. Quod datur innocentibus, etiam conceditur penitentibus.

Damianus.

248.

Damianus.

Evangelista multa veritate scripsit.

249. D. Marcus Evangelista hic habet primum locum.

250. Apocal. 10.

Apocal. 7.

Marcus Angelus Apocalypsis.

D. Chryl.

Marc. 1.

Marth. 1.

Marcus 1. Christum Filium Dei exorsus appellat.

251. Marcus habet pedes tanquam columnas in mari, & in terra.

Psal. 117.

252.

Angelum fortem Divum Marcum interpretamur: *Amictus nubes*, ob ejus celestem vitam. *Et iris in capite ejus*, quæ triplex est color, caeruleus ob eximiam fidem, viridis ob spem magnam qua cunctos sua presentia Evangelio ac protectione replet, rubicundus ob ferventem charitatem in salute animarum: *Facies ejus erat ut Sol*, quia veluti Sol, suo Evangelio totum illustravit orbem, & habebat in manu sua libellum; nempe brevem librum, quia ut ait D. Chryl. stomus hom. 4. in Matth. *Marcus maximo præstrinxit cum illa compendio.* Et Petrus Damianus cit. serm. 14. *Evangelium Marci, ait, est planè styli brevitate succinctum, sed profunda mysterii spiritali ebrietate diffusum.* Vis scire quanta mysteriorum ubertate hoc Evangelium sit plenum; considera quòd Marcus 1. n. 1. in hanc vocem exorsus sic erupit: *Initium Evangelii Jesu Christi Filii Dei.* At D. Matthæus cap. 1. num. 1 sic inchoat: *Liber generationis Jesu Christi Filii David.* Tunc sic subdit citatus Cardinalis: *Quid est ergo, quòd illi dicit Filius Dei: iste Filius David, nisi quòd per organa sua Spiritus sanctus mediatoris Dei, & hominum sacramenta distinxit? Ut per alterum eum Filium Dei; & per alterum eum ostenderet filium hominis.* Matthæus, & Marcus primi omnium Evangelistarum scripserunt, inde Spiritu sancto ordinante Christi naturam explicant. Matthæus filium hominis dicit; ac Marcus, Filium Dei appellat: hæc tanta gloria ei reservabatur, ut primus omnium Evangelistarum Christum Filium Dei clamaret; nam Marcus multo prior tempore Joanne scripsit. *Posuit pedem suum dextrum super mare, sinistram autem super terram;* Posuit unum pedem in terra, & alterum in mari in terra quia Ægyptum sua prædicatione illustravit, ibique Alexandriam Ecclesiam fundavit. Alterum pedem posuit in mari, in illustrissima nempe Veneriarum civitate, quæ super mare fundata est. Ita ut illi optime decantetur: *A Solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini* Psal. 112. num. 3. Sic ait Petrus Damianus sermone. 15. qui est secundus, de S. Marco, *Per Ægyptum quippe, ait, sibi dedicat ortum, per Venetiam tenet occasum, ut à Solis ortu usque ad occasum per illum laudabile feret nomen Domini.*

Et clamavit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Ita ut per totum orbem D. Marcus insonaret: per quatuor flumina quæ de terrestri paradiso exeunt, intelliguntur quatuor Evangelistæ. Per Gehon qui est secundus, interpretatur S. Marcus, qui fluvius juxta sacrum textum circumit omnem terram Æthiopiæ, Genes. 2. n. 13. Hic fluvius communiter Nilus existimatur, & quænam terra Æthiopiæ est ista quam circuit, Petrus Damianus serm. 14. *Marcus veluti Gehon, qui juxta Scripture seriem, circumit omnem terram Æthiopiæ, id est, universitatem complectitur Ecclesia peccatis præcedentibus denigrata.* De cujus Æthiopiæ populo per Prophetam Sophon. 3. num. 10. *Domini, dicit, ultra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei.* Quæ etiam per securionibus pressa de se ait in Cant. 1. n. 4. *Nigra sunt sed formosa, nolite me considerare quod fæcæ circumciant, ut Phylon terram Hevilath: Tygris Assyrios: At Gehon, id est, Marcus peculiariter totum mundum, totam Ecclesiam, etenim ob magnam efficaciam verborum, ob multitudinem Syloicia in Apocalypsin. Tom. I.*

mysteriorum ob magnitudinem rerum insigniter concessum est totum mundum peccatis denigratum ac offuscatum mundaret, purificaret ac dealbaret. Expende quod de hoc fluvio Gehon tantum dicitur. *circumit omnem terram.*

Tanta erat efficacia verborum Marci, ut veluti vices oris Christi gereret: Egrediente Israël de Ægypto post tres menses dedit ei Dominus legem in tabulis scriptam, Exod. 19. n. 1. Remanente Ægypto in suis errorum tenebris, postea verò veniens Jesus in mundam, & cum puer natus esset in Bethlehem ut declinaret furorem Herodis, ut à cum matre secessit in Ægyptum, Marth. 2. Marthæi 2. n. 14. Eumque Ægyptus benignè excepit ac per septennium alimenta præstitit, ut dixi tom. 1. in Evang. cap. 7. quest. 13. r. 54. Conveniens erat, ut D. Jesus tantum obsequium sibi præstitum persolveret, si quæ sacra doctrina Ægyptum illuminaret; quia tamen ut tam teneræ ætati se accommodaret, ac inserviret, hoc ei non licebat. Destinatur Marcus ut tanquam vices oris Christi gerens Ægyptum sua prædicatione, ac Evangelio illustraret ac illuminaret, & tanquam oris Christi substitutus, obsequium Domino suo præstitum persolveret ac rependeret. Procopius ad citatum locum Exodi, sic ait. *Universa Ægyptus Marcum, ut tabulas à Deo insculptas, vel ut rectius dicam, tanquam ipsum Christum veneratur.* Olim Deus dedit legem Israël egresso de Ægypto in tabulis, Ægypto in suis tenebris errorum permanente; nunc autem ipsam illuminat per os Marci vicem oris Domini sui gerentis: *Tanquam ipsa Christi os veneratur.* Non verbo & scripto in tabulis, sed tam viva voce prædicationis quàm sacro, & admirabili codice Evangelico.

Unde Paulus scribens ad Timotheum. 2. capite 4. num. 11. ait ei: *Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerium.* Nam quam vis Paulus multos & magnos discipulos haberet, inter eos tamen insigniter ei utilis erat Marcus, & inde eum commendat ac inculcat Timotheo, si est iste Marcus idem ac noster Evangelista, de quo est questio apud Expositores, & ait Apostolus *est mihi utilis*, ut notat sanctus Chrysostomus, non ad requirum sed ad ministerium prædicationis Evangelicæ, quam prædicabat magno zelo, fervore, charitate ac constantia, nulli parcens labori, & inde glorioso martyrio laureatus est apud Alexandriam.

QUESTIO XXX.

Elogia Evangelii S. Luca.

Valde sublimes, ac præclaræ sunt laudes Divi Luca, pro quo satis sufficiebat illud testimonium Pauli, quem ille misit cum Tito de quo juxta Divum Hieronymum, Anselm, ac alios sic ait ipse 1. Corinth. 8. num. 18. *Misimus eum cum illo fratrem, id est Lucam, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias.* Tot, ac tantæ sunt laudes, ac præconia D. Luca, ut non relinquuntur iudicio ac opinioni humanæ, ut laudes aliorum Sanctorum, sed sunt Evangelicæ veritates, dogmata fidei, ac assertiones divini Spiritus, cujus laus est in Evangelio

253.

Exod. 19.

Marth. 2.

D. Marcus vices oris Christi gerit.

Procop.

254.

2 Timoth. 4.

D. Chryl. Marcus vices oris Christi gerit.

255.

D. Hieron. D. Anselm. 2. Cor. 8. Laudes Divi Luca veritate Evangelicæ.

D d Evangelio



216. Cur D. Lucas vitulus attribuitur. 217. Multa pro Christo sustinet. 219. Ezech. 10. 257. H. braic. Damian. D. Lucas: duplici brachio tuetur Ecclesiam. 158. Deut. 33. Tereul. Abulens. Lorin. D. Lucas fortissime expugnat Ecclesiam adversarios.

tanquam primogenitus tauri, duplici cornu, manu ac multitudine, seu Tribu pro populo demerit, illiusque hostes devastabat, eorumque venenosas machinationes dissipabat, ex quo etiam noster Evangelista inter ceteros maxime decantatus est, quia si alii una manu, uno robore ac codice pugnant pro Ecclesia, iste vero tanquam primogenitus tauri duplici cornu, robore ac codice pro sancta Ecclesia decertat, ejusque aduersarios destruit, eorumque venenosas machinationes extinguit ac perimit. Vidit Ezechiel capite 1. num 10. illa quatuor mysteriosa animalia saepe repetita. Primum habebat faciem hominis, secundum leonis, tertium bovis, quartum aquilae, per quae sacros Evangelistas intelligi dixi supra ex communi sententia quaestione 27. Iterum Propheta repetit, & vidit suam visionem cap. 10. numero 14. Quatuor autem facies habebat unum: facies una, facies cherub, & facies secundas facies hominis, & in tertio facies leonis, & in quarto, facies aquilae, ipsum est animal, quod videram juxta fluvium Chobar. Si animal est idem, ut Propheta explicat, in utraque apparitione, ipsum est animal, quod videram juxta fluvium Chobar. Cur tantum, ut beatus aduertunt D. Hieronymus, Variabilis, Prado. praesentabat mutata apparet in Cherub? si facies hominis, quae Divi Matthaei exprimit; si facies leonis, quae Divi Marcum, si facies aquilae quae Divi Joannem adumbrat in sua specie, ac figura remanet, cur etiam facies vituli, quae Divum Lucam denotabat, non permanet in sua specie, sed transformatam est in Cherub? Respicitur sane ad illud Cherub, quod Deus expulsis primis parentibus de paradiso ad custodiendam viam ligni vitae, id est, Ecclesiam, ut ait D. Isidorus, Collocavit Cherubim, & flavamentum Gen. 3. La Haye. Iterum redeo ad eandem Ezechielis visionem, facies bovis, quae illo mysterioso animali erat in tertio loco juxta fluvium Chobar, nunc solum transformata apparet in Cherub, & in primo loco ponitur. Cum tamen facies hominis, quae Matthaeum, facies leonis, quae Marcum, facies aquilae, quae Joannem designabat, ut antiquitus in sua specie perseverent, solum tamen facies vituli, quae ad Divum Lucam spectabat, mutatam se exhibet in Cherub, & jam non in tertio, sed in primo loco. Quia ita Divus Lucas luce ac splendore sapientiae, ac doctrinae se exereat, & elevavit ut transmutatus veluti videatur in Cherub quod plenitudo scientiae explicatur, & ex tertio loco ad primum sublimatus, & hoc ipsum nomen Lucae indicat, nam juxta Divum Isidorum, ac alios ex radice Graeca Lucas idem valet, ac consurgens, seu elevans, Michael vero Garton juxta Latinum à lucendo nomen accepit, ac proinde quod idem sit Lucas ac lucidus, Cornelius à Lapide in argumento ad Acta Apostolorum, ait quod juxta Hebraeam, Lucas idem est ac Doctor, seu Magister. Iterum

251. Damian. 219. Ezech. 1. 219. Ezech. 10. D. Hieron. Variabil. Prado. 8. Matth. Levit. 15. Regibus labor Sacerdotibus pietas incedit. 262. Evangelium Lucaplenum est misericordia. Luc. 7. &c. Luc. 15. Luc. 12. D. Lucas, luce sapientiae elevatur ad Cherub. D. Isidor. Garton. Cora. Iterum

Iterum redeo ad codicem Evangelicum qui maxima misericordia ac pietate totus plenus est, ut eleganter ponderat Petrus Damianus ferm. 53. Hinc ait, Divus Marthaeus enarrans regalem Christi profapiam per quaeraginta generationes enumerando descendit: Lucas, vero septuaginta septem cognationum gradus ascendendo describit. Per quatuordecim quippe numerum labor exprimitur, quo videret Christus in corpore suo, quod est Ecclesia, per diversa vite hujus tempora figuratur. Quod ipse multis comprobatur; quia Moyses, & Elias jejuniis per quatuordecim dies continuaverunt, & quod numero Dominus non abstulit, & filii Israël per quatuordecim annos erraverunt in deserto, & multis laboribus, & ærumnis attriti ad terram promissionis venerunt. Ac Lucas vices sacerdotales gerens, à Baptismo Christi exorsus ejus progeniem narrat ascendendo per septuaginta septem gradus, ut indubitanter ait, Damianus, mysterium nostrae redemptionis exprimitur; septuagenarius quippe numerus, quoniam Lucas posuit, remissionem significat peccatorum, sicut ipse Dominus innuit, cum Petro querenti quoties essent dimittenda fratri peccata, respondit: Dico tibi non tantum septies, sed usque septuagies septies. Matth. 18. num. 22. & Septimo anno indulgentia dabatur terrae, Levitic. 25. n. 4. Marthaeus scribit regalem progeniem per laboriosum numerum quatuordecim quia multus labor vigibus incumbit; Lucas vero cum sacerdotales vices teneat, à Baptismo per septuaginta septem cognationes, misericordiae nempe numerum ascendit, quia Sacerdotis est animas mundas, & multam misericordiam impendendo sursum elevare. Per septuaginta septem cognationes pietatis nempe numerum Lucas enarrando ascendit, ut mysterium nostrae redemptionis insigniter exprimat; hinc ipse maxime inter omnes Evangelistas opera divinae misericordiae erga nos explicat, hinc ipse Christi misericordiam ac pietatem multum commendat & magnificat. Hic est qui majoribus criminibus gravatus, & afflictus dulci consolatur eloquio. Hic vires ipsis peccatoribus addit, ne de pietate ac misericordia divina desperent, eaque copioso sermone pertractat. Solus hic scribit Magdalenae, & Zachaei conversionem, ubi magna pars divinae bonitatis relucet. Solus narrat quomodo peccatores, & publicani appropinquabant, ut audirent Jesum, ubi parabola centum ovium, & drachmae apponit. Solus parabola illam filii prodigi amoris, dulcedine, & suavitate plenam scribit. Solus iste refert, quomodo in crucis pendens non oblitus suorum crucifixorum pro illis ad Patrem oravit. Deinde hic solus meminit quomodo Christus latroni dixit, Hodie tecum eris in Paradiso. Et hic solum meminit quomodo Christus misericordia motus dixit viduae: Noli flere, & turbis, Estote misericordis, & sicut Pater vester misericors est. Et quid mirum, quod Lucas tantum divinam pietatem ac misericordiam commendat, cum solum Evangelium ex magna sui parte, à Matre misericordiae Virgine Maria didicerit; nam sanctus Lucas Virginis Matris fuit Cancellarius ac Secretarius, quod obtinuit noster Evangelista ob suam extimiam firmitatem, puritatem ac sanctitatem; de eo affirmat Divus Hieronymus in Lucam quod ipse virgo fuerit, & nunquam uxorem duxerit. Et D. Vincentius Ferrer. sermone de sancto Luca, de eo testatur quod nunquam mortaliter peccaverit, sic eum primum divina gratia Et inde habuit intimam familiaritatem ac conversationem sacratissimae Virginis à qua edoctus, de colloquio Virginis ipsius cum Angelo ac ejus salutatione, Salvatorisque conceptione, visitationeque ad Elizabeth; solus hic scribit Cantica Novi Testamenti, Magnificat, Benedictus, Nunc dimittis; Solus hic laudes Annae ac Simeonis, ipsumque puerum Jesum inter Doctores inventum, & alia multa scribit Divus Lucas, quae ex ore Virginis Mariae didicit, ad quod ipse refert quod scribit capite 1. num. 2. Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderant. 264. Psal. 101. Chaldaeus. 265. D. Aug. Incognitus. 266. Peculiariter D. Lucas solum Evangelium habuit à Be. Virgine. 267. Apoc. 11. R6. Evangelium D. Lucae à sede Dei, & Agni irrigatur Ecclesia. 268. D. Lucas à sede Dei, & Agni irrigatur Ecclesia.

QUAESTIO XXXI. Elogia Evangelii Divi Joannis.

DE hoc magno Apostolo jam aliqua dixi, & iterum dicam cum specialiter de duodecim Apostolis fuerit sermo, ad cap. 21. Nunc vero de ejus Evangelio ac aquila ejus nota aliquid dicendum. Ait ergo in praesenti Joannes, Quartum animal simile aquila volanti Et hanc aquilam ceteris quatuor animalibus eminere Ezech. aperte testatur: Et facies aquila desuper ipsorum quatuor, cap. 1. num. 10. Quomodo ergo inter ea ultimum tenet locum, an quia Joannes ceteris Evangelistis inferior est? Absit. Humanæ tamen imbecillitatis ordo posebat, ut prius humanitatis Christi primordia, cutus, miracula, ac ea quae in humanitate gessit, agnoscerentur, & sic paulatim suis profectionibus mens nostra adjuta ad divinitatis mysterium agnosendum proficeret.

D. Vincent. Ferrer. Lucas virgo nunquam peccavit. Luc. 1. Luc. 2. 264. Psal. 101. Chaldaeus. 265. D. Aug. Incognitus. 266. Peculiariter D. Lucas solum Evangelium habuit à Be. Virgine. 267. Apoc. 11. R6. Evangelium D. Lucae à sede Dei, & Agni irrigatur Ecclesia. 268. D. Lucas à sede Dei, & Agni irrigatur Ecclesia.